Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



33

mulieres. id est huius seculi delectationes. & puoluptates. Quarū amore plerumq; anima demonū insidiis illecta. ad consensus uitendi illicitis trahit. Israhel enim significat animā deū contemplantē. Docente igitur balaam misit balach uoluptatū amatrices coram filiis israhel. quarū suasionibus edant de immolatis. & fornicentur cum eis. quia uidelicet spūum immundorū suasionibus caro delectata ad aspectū mentis ipsarum cupiditatū illecebras deducit. quarū amore ut dictū est. ad consensū raptur. Ita habes & tu tenentes doctrinam nykolaitarū. De factis nykolaitarū. uel quos significauerint suis actionib;. satis supra dictū est. Ita habes inquit & tu tenentes doctrinā nikolaitarum. id ē sicut sunt ite qui sequuntur doctrinā balaam. ita sunt qui sequuntur doctrinā nikolaitarum. Quod utq; illis dicitur qui huiusmodi sunt imitatores. qui & ad penitentiā hortantur cum dicit similiter penitentiā age. a factis scilicet nicolaitarū. sicut a factis & doctrina balaam. Sin autē uenio tibi. & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Hortatus fuerat iam in superioribus anglm ut penitentiā ageret. eo quod permitteret tenere doctrinā quosdam balaam. et nicolai. Vnde cum dicit sin autē uenio tibi. & deinde subiungit pugnabo cū illis. ita ē accipiendū. tanquā diceret pugnabo tecū. quia uidelicet hec uerba & ad eos pertinent qui p̄dictam doctrinā sequebantur. & ad eos etiam qui eos ñ corrigebant. lanicii reatu astringit. & ille qui praua docet. & ille qui